

Weihe des Agatha-Brottes

PSALM 66

PSALTERIUM PIANUM

DEUS misereátur nostri, et benedícat nobis; * serénium præbeat nobis vultum suum,

Ut cognóscant in terra viam ejus, * in ómnibus géntibus salútem ejus.

Célebrent te pópuli, Deus, * célebrent te pópuli omnes. –

Læténtur et exsúltent natiónes, quod regis pópulos cum æquitáte, * et natiónes in terra gubernas.

Célebrent te pópuli, Deus, * célebrent te pópuli omnes. –

Terra dedit fructum suum: * benedíxit nobis Deus, Deus noster.

Benedícat nobis Deus, * et tímeant eum omnes fines terræ!

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

GUADRINI-PSALTER

GOTT sei uns gnädig und segne uns; * er lasse sein Angesicht über uns leuchten,

Daß man den Weg seines Waltens auf Erden erkenne, * unter den Heiden allen sein Heil.

Preisen sollen Dich, Gott, die Völker, * preisen die Völker alle! –

Alle Nationen sollen sich freuen und jauchzen, weil Du sie lenkst nach dem Recht, * und die Nationen auf Erden regierst.

Preisen sollen Dich, Gott, die Völker, * preisen die Völker alle! –

Die Erde hat ihre Frucht gebracht, * Gott, unser Gott, er hat uns gesegnet.

Segnen möge uns Gott, * und fürchten sollen ihn alle Grenzen der Erde.

Ehre sei dem Vater und dem Sohne * und dem Heiligen Geiste;

Wie es war im Anfang, so auch jetzt und allezeit * und in Ewigkeit. Amen.

PSALT. GALLICANUM

DEUS misereátur nostri, et benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam: * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent gentes: * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli omnes: * confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: * et métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

☩. Kyrie eléison.
 ☩. Christe, eléison.
 Kyrie eléison.
 ☩. Pater noster *secreto usque ad*
 Et ne nos indúcas in tentatiónem.
 ☩. Sed líbera nos a malo.
 ☩. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
 ☩. Qui fecit cælum et terram.
 ☩. Sit nomen Dómini benedíctum.
 ☩. Ex hoc nunc et usque in sæculum.
 ☩. Ora pro nobis, beata Agatha
 ☩. Ut digni efficiámur promissióibus Christi.
 ☩. Dómine, exáudi oratiónem meam.
 ☩. Et clamor meus ad te véniat.
 ☩. Dóminus vobíscum.
 ☩. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi,
 qui es panis vivus, qui de cælo descendísti,
 bene † dic et sanctí † fica
 hos panes (fructus, céreos, aquam, vinum,
 óleum, et cétera hic pósito) in honórem be-
 átæ Agathæ Vírginis et Mártiris tuæ depor-
 táti (*vel: deportáta*): et concéde per interces-
 siónem ejúsdem Vírginis et Mártiris, ut u-
 bicúmque contra ignem comburéntem mis-
 si (*vel: missa*) vel pósito (*vel: pósito*) fúerint,
 íllico ignis evanéscat et pénitus exstingu-
 átur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in
 unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia
 sæcula sæculórum.

☩. Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris
 † et Fílii et Spírítus Sancti per
 intercessiónem beátæ Agathæ Vír-
 ginis et Mártiris descéndat et máneat super
 hos panes et super omnes ex eis gustántes.
 ☩. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

☩. Herr, erbarme Dich unser.
 ☩. Christus, erbarme Dich unser.
 Herr, erbarme Dich unser.
 ☩. Vater unser *still bis:*
 Und führe uns nicht in Versuchung,
 ☩. Sondern erlöse uns von dem Übel.
 ☩. Unsere Hilfe ist im Namen des Herrn.
 ☩. Der Himmel und Erde erschaffen hat.
 ☩. Der Name des Herrn sei gepriesen.
 ☩. Von nun an bis in Ewigkeit.
 ☩. Bitte für uns, o Heilige Agatha.
 ☩. Auf daß wir würdig werden der Verheis-
 sungen Christi.
 ☩. Herr, erhöre mein Gebet.
 ☩. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.
 ☩. Der Herr sei mit Euch.
 ☩. Und mit Deinem Geiste.

Lasset uns beten.

Herr Jesus Christus, Sohn des lebendigen
 Gottes, Du bist das lebendige Brot, das vom
 Himmel herabgekommen ist. Seg † ne und
 hei † lige diese Brote (diese Früchte, diese
 Kerzen, dieses Wasser, diesen Wein, dieses
 Öl und die anderen hier liegenden Dinge),
 die wir zu Ehren Deiner Heiligen Jungfrau
 und Märtyrin Agatha hierher gebracht ha-
 ben; und gewähre auf die Fürsprache der-
 selben Jungfrau und Märtyrin, daß, woim-
 mer sie gegen brennendes Feuer geworfen
 oder gelegt werden, das Feuer sofort und
 gänzlich ausgelöscht werde. Der Du lebst
 und herrschest mit Gott dem Vater in der
 Einheit des Heiligen Geistes, Gott von E-
 wigkeit zu Ewigkeit. ☩. Amen.

Der Segen des allmächtigen Gottes, des Va-
 ters und des Sohnes † und des Hl. Geistes,
 komme auf die Fürsprache der Heiligen
 Jungfrau und Martyrin Agatha herab auf
 diese Brote und auf alle, die davon genies-
 sen und verbleibe auf ihnen. ☩. Amen.

Besprengung mit Weihwasser.

NOTA BENE: Die vorliegende Übersetzung ist nur teilweise autorisiert; die deutsche Version der Orati-
 on und der Segensformel sind privaten Ursprungs, die anderen Texte verschiedenen offiziellen Büchern
 entnommen.

pro manuscripto privatim divulgatum – jura proprietatis omnia vindicabuntur